

virtute, sed de divina potius miseratione confisi, nostrum iactantes in Domino cogitatum, quod persone nostre multiplex imperfectio¹ denegabat, in ipsius contulimus voluntatem, onus ecclesiastici regiminis assumentes, ne reluctatio diuturna dissidium pararet, vel² dispositioni divine videremur³ aliquatenus obviare, spem nostram ponentes in illo, qui dat omnibus affluenter et non impropere⁴, qui novissimum fratrum, virum⁵ secundum cor suum de gregibus ovium sustulit et de post fetantes accepit⁶, ut populum suum pasceret et eum pastoralis regimine gubernaret.

Nos vero inter cetera de vobis, quos Dominus ob tante difficultatis onus levius supportandum sollicitudinis nostre voluit esse participes, fiduciam obtinentes, universitatem vestram rogamus et obsecramus in domino Iesu Christo, quatinus nostram insufficientiam adiuvantes⁷, imoletis pro nobis Domino vestrorum vitulos laborum et thus orationum vestrarum ei suaviter adholentes, ipsius misericordiam humilibus supplicationibus flagitetis, ut nos sibi sua dignatione dignanter faciens deservire, nos dirigat et confortet in suorum operibus mandatorum, et⁸ ecclesiam suam continua pietate custodiens, eam sibi voluntate et actione faciat complacere. Vos autem circa commissam vobis Domini gregis curam sollicite vigilantes, iniunctum vobis officium pastorale diligenter exequi studeatis; nos enim vos tanquam honorabilia membra ecclesie honorare intendimus et vos in vestris necessitatibus, quantum Dominus dederit, opportunis⁹ auxiliis adiuvaré.

Der Brief liefert willkommene Ergänzungen und Bestätigungen zu dem, was wir aus dem oben (S. 367) mitgetheilten Schreiben des Ottobonus über die Papstwahl von 1265 erfahren. Deutlicher, als es hier geschieht, kann nicht betont werden, dass dieselbe erst nach langem Zwiespalt lediglich durch ein Compromiss der Parteien zu Stande kam. Der Pontificat Clemens' IV. hat diesen Ursprung nie verleugnet.

Cod. Mus. Brit. add. 15603 s. XII. 'Liber sancte Marie de Caritate' (La Charité Diöz. Besançon oder La Charité-lez-Lesines Diöz. Langres?). f. 184' s. XIII.: Clemens IV. ermahnt Karl I. König von Sizilien 'quatenus cle-

1) 'imperfecto' Hs. 2) 'ut' Hs. 3) 'videremur' Hs. 4) 'im-
perat' Hs.; vgl. Iac. 1, 5. 5) Vgl. Isai. 53, 3 und Ezech. 33, 2.
6) Psalm 77, 70. 7) 'adunantes' Hs. 8) 'in' Hs. 9) So wohl
eher zu lesen als 'opportunus' Hs.